Ad
Nobiliſſimum Juvenem, ingenio doctrina &
optimis moribus excellentem,

GOTHARDUM MARQUART,

Lübecenſem
Cum nuper de Inſula CANDIA facunde in
publico diſſeruiſſet,
Nunc de

CONTRIBUTIONIBUS

eruditè diſputantem.

CANDIA quæ medio Turcos propellere Ponto
Condidicit, nuper laudibus aucta Tuis
Dum pretium meritis jam neſcit reddere dignum
Oſmanidum gratam vi cohibente manum,
Ipſa tua interea eſt pretium ſibi vivida virtus
Ingeniique aliud nobile condis opus.
Ne tamen & gratis ſit CANDIA dicta, TRIBUTA
Succedunt, pretium quæ geminare queunt.

Benevolo animo S.
GERHARDUS TITIUS S. Theol.
D. & Prof. Ordin.